Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36452
Copyright: Melk, Benediktinerstift

quos anima hortem euadere: et nos
ipsos ad euadendum fortit preparem. nec
timeam una hora dolorem in corpore.
qui optam gaudere cum xpo. Permittam
animas nostras cum palma ex hoc egredi
de corpore penas eternas euadere. et ad pos
sessiones sidereas plena delectatione
peruenire. Lacrimas nostras conuertamus
in gaudium: et non debem quasi moritu
ros plangere. quos cum xpo credim reg
naturos. Congratulemur uictoribus hosti
um. conculcata eorum ceruice Congratule
mur martiry preterita indutis: et celi
factos consules gloriem. En dies. in quo
uincere se tyrannus estimabat. quo dum
capet captus est. dum teneret uinctus
est. dum torquet torquetur. dum insultat irri
sus est. Nunc ergo in amore martiry
suscitem etiam nostros affectus: ut illum
qui de nostra captiuitate uoluit uictori
am cape fortit capiam. et quasi a gra
ui sonno expergefacti apiam oculos
animorum. ut uidentes foueas quas nobis
perdicionis inimicus parauiat foueam
incidente. nos cum propheta dicam. Fo
derunt ante faciem meam foueam. et
ipsi inciderunt in eam. Igitur cum hec et
his similia beatus Sebastianus prosequeretur.
ceperunt omnes qui aderant gratias age.
atque uniuersi flentes penitudine gere
bant: quod caritati dei pretulerant amo
rem carnis. et quia ab agone martiry
ausi fuerant animos sanctorum reuocare.
Denique omnes qui ad decipiendos sanctos ue
nerant unanimiter crederent in xpo in
nomine sancte trinitatis baptizati sunt.
Diebus itaque accepte dilacionis
expletis. chromatius urbis pre
fectus ad se tranquillinum mar
celliani et marci patrem uenire iubet.
nos quidem auxiliante deo euadam et ipso di
abolo cum satellitibus suis in ipsa quam parauiat

quem de suorum inquireret arbitrio fili
orum Tranquillinus respondit. Ad referenda be
neficiis uestris gratias: nullus oris mei suf
ficit sermo. Nisi enim currente sententi
am frena uestri moderaminis tenuisset.
nec ego filios haberem: nec me patrem
filii haberent. Congratulentur mihi omnes
quos tenet paternus affectus. et pungit
caritatis stimulus: etiam uestra credo
quod mihi congaudeat celsitudo. quando mor
tuis uita collata est: anxiis letitia red
dita. sollicitis securitas constituta.
Tunc prefectus estimans filios eius
suis uelle idolis ceruices inclinare
ait. Adueniente die debita. numini
bus a filiis tuis thura reddantur. propter que
et tu cum filiis perseueres incolumis.
et tibi filii condonentur. Audiens hec
tranquillinus dixit. Illustrissime uiro
rum. examinis uestri libram ueritatis rec
titudine. si uelitis erga me et filios me
os equa lance pensare. agnoscetis potius
hoc christianum uocabulum magne esse uir
tutis. Prefectus dixit. Insanis tranquilline
Tranquillinus dixit. Insaniam passus sum
et animi et corporis. sed statim ut credidi xpo. et
animi mei et corporis recepi sanitatem.
Prefectus dixit Ego ut uideo ad hec
inducias sceleratis filiis tuis dedisse
cognoscor. ut non solum tu illos aberra
re non tuleris. sed ut illi te suis erroribus
irretirent. Tranquillinus dixit. Per glo
riam uestram nomen ipsum erroris discu
tite. et uidete que opera erroris nomine
nuncupentur. Tranquillinus dixit. Primus
error est uiam uite derelinquere. et
per uiam mortis gratanter incedere. Pre
fectus dixit. Et quid est uiam mor
tis gratanter incedere. Tranquillinus
dixit Nonne tibi uidetur uia mortis

Prefectus dixit. Tu dic que opera erroris nomine accipiat